 torē in manib; roma
 noram

aliter deus mor
 hōſtium in minu
 digniſſimum quem tam
 ſeruiſi & cariffimi in
 rati ſuper aquilaſ la
 cum populū percuti a
 uindictam neperant
 cuius interpres ſemp
 promittit immortalit
 conſcientiam habere reſ
 uocare ſuperna ad
 it. ac ſicne demum
 mo quod mauiſeſt n
 dicere ſeruitutis
 p. iat romanus qu
 nec licet mori et q
 tria mori quam exca
 expectant quid agat
 qui preuenire debuit
 quibus libertate mori
 noſ quod ſeruire de
 romanis ad dixerit
 uelut uiuere quom
 prophetaſ eſt quom
 quomodo iratus dom
 rem patrię credit fu
 uerum malis eligere
 premium pro ditione ſer
 tenebant gladios ad
 rum pro uimul ſirec
 hec iosephus reſert. Et q
 g. ut fieri heret dolens q
 ſiliceſ abſoluē. ſed non
 lam conſuncta eſt an
 ite. quiſ hoc animi

malechita de eius morte falso lactauerat. & gloriam uiri qui semet ipsum
 hosti exonerat in minuendam putauit. ut ase inter factum mentiret.
 dignus etiam quem tantus laudaret propheta dicens. saul & ionatha
 speciosi & carissimi inseparabiles in uita sua. et in morte non sunt sepe
 rati. super aquilas laiores super omnes potentiores. ipse quoque dicitur
 cum populum percussit ab angelo uideret in se uoluit celestem diriuare
 uindictam ne pereunte populo reseruaretur. postremo ubi lex diuina
 cuius interpres semp fusti. que pro hac breui uita perpetuam iustis
 promisit immortalitatem. ubi ebreorum dicitur quod et iustos mortis
 contentum habere refugere etiam debere terrenum habitaculum
 reuocare superna ad illam regionem paradisi ubi pias animas dicitur sacra
 ut. ac sic in demum cupis iosephe uiuere quando non oportet. im
 mo quod maue est non decet et aspere desiderans lumen istius ausim
 dicere seruitutis. quod in aliena potestate est quod quando uult eri
 piat romanus. quando ^{uult} carceris tenebris obducatur ut optes hinc fugere
 nec liceat mori. et quo pudore adet sibi is quibus per suasisti propa
 tria mori quam excusationem habebis. quod tam diu resederis.
 ex patanti quid agas dicunt iam profecto quid moratur iosephus.
 qui preuenire debuit. quur tam sero sequitur. quur discipulos suos
 quibus libertate moriendum sua sit imitari recusat. per ferimus certe
 nos quod seruire elegeris ad seritor libertatis quod mancipium te
 romanis addixeris. quod captiuitatem libertati preposueris. sed esto
 uelis uiuere quomodo hoc in perabis ab his aduersus quos toties
 preliatus es. quomodo te intuebuntur quibus oculis quibus animis
 quomodo iratis dominis & siliceat uiuere uoles aut quis prodito
 rem patrie credat fuisse. cui mercedem solutam prodicionis uidebit
 utrum malis eligere horum alterum sic necesse est uitatua. aut
 premium prodicionis erit. aut seruitutis supplicium. his dictis in
 tentarunt gladios addentes si ad quiesces mori quasi amici ministe
 rum prebuimus si recusas quasi proditi ultionem exigimus. Ad
 hec iosephus refert. Et qui uelit esse tamē mortis suprestes quis eli
 gat fieri heres doloris quis animam suam nolit ex isto corpore mortis
 siliceat absoluē. sed non licet soluere nisi ei qui ligauerit nature uincu
 lum coniuicta est anima corpori. Quis auctor nature nisi omni po
 tens dicitur. quis hoc anime & corporis nostri dō conplacitum contuber

quā prudens
 iosephi respondit.

num inter rumpere ac dis sociare ualeat si quis imposita manibus suis
precepto erili uincula sine arbitrio dñi sui detrahat non ne is graupul
sasse iniuriam suam dominum condemnabitur di pos ses sio sumus
do ser uitium debemus quasi serui expectemus imperia quasi
uincti reseruemus uincula quasi fideles bonum depositum custodia
mus non recusemus utge istius munus quod dedit nobis non refug
amus donum celeste si hominis data reicias quod ad dñro accepim
ab ipso itaq; accepimus omne quod sumus ipsius quoq; debet esse ut
quam diu uelut simus utrumq; enim ingratus est et citius discede
re quam uelit et ductius uiuere quam uoluerit ipse qui uitam do
nauit numquid ante festinauit abraham numquid ante ascendit
ab arim moyses quam diceretur ei ascende in montem ab arim sed
dictum est ascende et ascendit et mortuus est quasi bonus seruu
lus expectauit dñi preceptum ipse iob quid dixit per exat dies illa in
qui natus sum Tamen in uulneribus et dolore positus utge huius
uincula non dirumperebat sed ut liberaretur rogabat dicens ut quid
datum est in amaritudine lumen uita autem in doloribus anime
laudabat utiq; mortem cum diceret mors uisus requies Tamen
non preripiebat sed postulabatur Scriptum est concutior om
nibus membris et quasi sum impius quare non sum mortuus Cur de
uentrem matris non in sepulchrum decidi aut numquid breue tem
pus uitae mee dimitte me requiescere paulolum Alius quoque si
dicit Educ de custodia animam meam peccit euadere peccit ex hoc
corpore quasi de quodam liberari carcere nullus tamen eorum
sibi ipse usurpat nullus preripit si lucrum est mori fortium est
usurpare ante expectatum si bonum est uiuere sacrilegium est
repucliare antequam repositur sed gloriosum putatis in bello
mori nec ego ab nuo bonum esse pro patria bonum pro ciuibus in
bello mori sed bellum lege effero iugulum si hostis paret si mucrone
romani demergat quibus de nobis dñs uictoriam dedit quibus
propter peccata nra nos ad iudicauit nec mihi blandior quod
parendum spondeant utinam fallant uel hoc lucrum feram
qui me sic timuerunt ut fallerent uel hanc ultionem ferant qui
frangunt fidem, malo illorum latrocinio perire quam meo
latrocinium meum est si mihi ipse intuleromani si hostis liberi

‡ contumeliosus est quanto magis seruire debemus

scium ergo istuc beneficium dare posset interimendo signanda
 putauerunt quod in potestate habeant ut captiuum occiderent latro
 cinatis sunt sed pollicem inimici manusur ministerium reuera
 percussor nobis defuit ut nro scelere pereamus nolomeo nolour
 scelere perire quod plus est quam meo nolo mutuo hoc est enim
 unum quemq; nrm sibi manus inferre uictorie necis mercedem
 soluere utinam non solum pro suo quisq; sed etiam pro alterius
 sanguine scelus debeat uerum regis saul exemplum promittur eius
 certe qui et aduersus uoluntatem diuinam rex postulatus est et
 offensam meruit di unde etiam cum uiuere successoris accepit
 egregium exemplum uiri cui defuit dignitas et tamen uoluit
 mori quia iam non poterat uiuere uoluit tamen et ipse ut eum
 socius occideret sed ille scelus putauit recusauit ministerium non
 ergo usus consilio sed destitutus ministerio facit ut ipse gladium in se
 conuerteret sitimens fecit ne sibi inluderetur quod laudas quod
 timor est si non timuit cur primo alut egit ego nec inludentes
 romanos timeo nec mentientes saul tamen se solus peremit non
 ionatha non quisquam alius in nostris scripturis quid mirum si po
 tuit se perimere qui potuit etiam filium occidere aaron inter ui
 uos ac mortuos stetit et hoc uirtutis est non temeritatis non enim
 mortem sibi intulit sed mortem non timuit quia eam corpore
 suo non reppulit et serpenti in omnes obstaculo fuit Non ego qui
 dem aaron sed tamen non degener ab eo en offero manus feriant
 in uoluent si possum eorum manus timere dignus sum qui manib;
 per eam meis si parant illi aduersario cur ego non parcam mihi
 si queritis cur parcam mihi elem euelint et in hostem uirtutem
 minantur tanta est enim uirtutis gratia ut frequenter etiam
 hostem delectet nostis etiam ipsi quanta intulerim exitia roma
 nis quomodo uictor isomnum gentium iothapate ignobilis
 urbis diuturno obsidione ab hierosolimitane ciuitatis excidio auct
 terim breuidamina totius belli dileam lusi didicerant ceteri meo
 periculo pacem obtare fortasse ad hoc reser uamur ut non det
 reantur ceteri sed prouocentur sed suaue adseritis mori pro liber
 tate quis negat & illuc tamen dulce uiuere cum libertate
 nam qui amicitiam offert libertatem promittit quod si serui

Quia iosephus
 refellit exemplum
 moysi saul;

quid de aaron
 responderit.

R

tatem inferat. tunc erit certa oportuior moriendi uoluntas si oportu
erit mori. nunc autem uitam offerunt nolunt occidere. timidus au
est. Et qui non uult mori quando oportet. et qui uult quando non o
portet. quis enim ignorat femine libertatis esse et muliebris formi
dinis nemoriare mori uelle. Deniq; pauide mulieres ubi aliquid
in minere sibi periculum cognouerunt. solent se precipitio dare.
angusti enim animi molem formidinis et metum mortis sustine
nequeunt. Iur autem patiens qui presentia non timet et futura
cogitat. nescit trepidare ubi non est timor. Deniq; scriptum est
quia anime effeminatorum esurient que cibum utiq; uirtutis
non habentes esurient. Ideoq; ad mortem ante tempus festinabunt
neq; enim repletus ciue gratie spiritalis sibi ipsi manus inrogat.
Cum scriptum sit. quia os imprudentis mortem inuocat. & iterum
scriptura dicit. et qui non curat se ipsum in operibus suis. frater
est eius qui se ipsum exterminat; condemnatur ergo. qui se ipse percus
serit. quidem tam contra legem nature quid etiam contra na
turam omnium animalium quibus libet feris liceat atq; egestas;
insitum est se amare. nature enim lex ualida est uelle uiuere nec sibi
mortem adsciscere. Deniq; ferro in se armari omnia genera animan
tium. nec si uelint possunt in formem leti quem homines inueniunt
ferre nesciunt. sed morsus ferarum armatum. dentes eorum gladii
quando tamen quisquam aliqua fera proprio morsum membrum ade
merit. Aduersum alios factum suarum armis utuntur. aduer
sum se osculis. Nobis quoq; quidam dulce quam uita quidam
inimicum quam mors. Deniq; qui uitam protexerit patronus est
qui mortem adpelere temptauerit insidiator est. Quod ergo in alis
exceramur si nos adpetant ipsi nobis uolumus inferre. et quod ab ali
is ppena exigimus. hoc ipsi nobis inrogamus pro gratia et gubernatore
sic commissam sibi nauem saxo inlidat persequimur nos commissam
nobis nri corporis gubernaculum ferro exanguimus et uoluptaria
naufragio addicimus. sed obicitis mihi mortem maturam cum in
potestatem hostium fuero deductus. Quid ergo lucrifaciam si quod
ab hoste metuo. hoc ipse mihi inferam. cum possit occidere. ut quod
suadetis mihi facere non faciat inimicus. huius modi istud est. ac si
uidens gubernator tempestatem futuram tempestatem gratia de

linandę. nauem fluctibus mergat. an quia grauiora supplicia exactu
 rus est aduersarius. ideo per ueniendum putatis uel quia strenuum
 arbitramini ut nos ipsi ferro utamur sed iam inbecillitatis refugium
 est non uirtutis tropeum captare lucrum suppliciorum. In hoc igitur
 heretamus quod nec insignia habet fortitudinis nec profectum utilita
 tis. Quid autem ad texam uiolari depositi religionem dñs om̄ps
 thesaurum nobis optimum dedit atq; inclusum in hoc uase fictile et
 consignatum commisit nobis custodiendum quousq; si placeat repose
 re nonne in utroq; crimen est uel reicere depositum non repositente
 quid dedit uel repositenti negare si hominis depositum uiolare pena
 infamis est. quanto magis uiolare depositum dñi. depositum dñi anima
 est in hoc corpore animeque mortis istius capax non sit non enim ullo
 mortis uinculo adstringitur atq; inligatur. Cur igitur ante re
 positum depositum mortem interrogamus. Et animam quasi inuti
 lem nobis remittimus atq; domo nr̄a excludimus et corpus sine deo
 re & gratia sui in terram resoluimus. Cur ex eundi hinc preceptū
 non expectamus miles te seram expectat seruus imperium. si quis
 horum sine precepto exierit alter desertor alter fugitiuus est. qui ho
 minem fugit p̄ens obnoxius est. quamuis in probum fugerit domi
 num nos optimum fugientes possumus non adstringi impietatis fla
 grio. Num etiam illud preterit nr̄am opinionem quod adposuerit
 dñs angelum in circuitu timentium eum. Est ergo qui prohibeat nisi
 preceptum acceperit. si nullum preceptum nullum uaticum et quo
 modo peruenimus. sine uaticam. quis nos recipiat in illo puro et secre
 to loco. quis nos admittet ad illa scaram ammarum consortia
 adam latebat qui a preceptum dñi preuaricatus. est exclusus est de
 paradiso quia non seruauit mandatum. dicitur ei. adam ubi es
 quasi ei qui fugerit. quasi cuius apud dñm non sit presentia.
 nonne et mihi dicatur. ubi es qui preter preceptum uenisti.
 quem ego naturalibus uinculis non relaxaui. tollite eum in tene
 bras exteriores ibi erit fletus et stridor dentium. hec non
 solum moribus hominum sed etiam legib; interdicta accepimus.
 namq; alii in sepultos proici iubent eos qui in se ferrum deiecerint.
 dignum enim ut qui patris imperium non expectauerunt priuent.
 quasi quodam matris ḡermio terre sepulchro alii dextram manu

P.

absidunt defunctis. ut separetur a membris sui corporis que aduersus cor-
pus suum uel a no militauit furore sed hunc exitum sacrilegisterum
aut proditores uel percussores parentum. qui uerum patrem ni
agnouerunt nec se recognoscunt. ideo aut pentus sepeliri pe-
bentur aut non tota sepeliuntur. animas quoq. eorum non paradisi
sus recipit sed inferorum tenebre seu aq. supplicia. hec mihi repe-
tanti quaquam omnia erepta sint. solatamen terrori ac formi-
dimisunt nemini ipse inferam. que ne hostis poterit inferre. et illa
paradisa eripiam. que romanus adhuc non potuit eripere.
Certe accelerare poterit. non poterit auferre que sola in pacem
desidero. non enim uita huius ullame cupiditas tenet. in quanc
apud ciues. nec apud hostes cepi quod delectare. iste mihi pacem
negarunt illi patriam eripuerunt. inter tot mala quid potest
sua uitae in hac uita super esse. Tumodo omnipotens pater
qui naturae auctor atq. arbiter es. onestum largire exitum
turum penaturale hoc uinculum redde animam meam secretis
suis extinctus sit populus. ereptum ius libertas infracta non preua-
ricabo tamen legem tuam ut moriar iniustus. expecto ut iubeas
expecto ut uolentem liberet. multos habes tui exequutores. at
expecto imperium bonum est mori sed moriar ut hebreus non ut
latro. non ut carnifex. non ut hostis unctus sim. licet bello maie-
bo tamen quod natus sum. ut abrahe patris hereditatem non dese-
ram. non transibo in numerum hostium ut ipse meus peras for-
sim. offerre me hosti percutiendum sine pietatis possum dispen-
dio manus meas mihi in hostem conuercere sine scelere non pos-
sum. an uero metus est. non liceat nobis secundum legem
uiuere. reuera nunc magna libertas est quibus non licet secun-
dum legem mori. hec iosephus allegabat quo euacuaret uolun-
tariam mortis adserationem. sed illi qui semel sese morti deuouerunt.
quia uerbis resistere non poterant gladius quasi ferituri ilico uiri
circum steterunt. nisi ad quiescendum putaret; at ille circumdatus
alium ducis reuocabat auctoritate et uirtutis conscientia se uere
optatu conueniebat huius reuocabat dexteram illius inflecte-
bat iram multabat consiliu salubritate diuersis modis uniuersum
in rationabilem extorquet quibat furorem etenim quamuis ultra

qua conueniens
iusephus cetero

Quasi iudeus iosephus
gladius imperatorum
quasi disperati eorum
consiliu ad quiescere
nolle

ma fors uicti dignitatem extorserat. non penitus tamen aboleue-
 rat reuerentiam. paulatim itaq; deponebantur manus reconde-
 bantur gladii tamen intentio perseverabat cum uideret unum
 a pluribus se obses sum teneri siue casu quodam siue consilio com-
 mentus est ut minueret numerum repugnantium committa-
 mus inquit sortimoriendi ordinem ut se nemo subtrahat cum fors
 conuenit uniuersos sortis istius modi conditio sit. ut is qui sorte
 percipit ab eo qui sequitur interimatur itaq; fore ut fors
 unum quemq; non ut propria uoluntas ad iudicet. stetit unusquisq;
 sub sorte iudice ex fors sceleri & liber captiuitatis ut non alieno arbi-
 trio cederet nec declinet suo mortem futuram nemo recusare pote-
 rit euentum quem uel casus intulerit uel di uoluntas signauerit.
 fidem fecit oblatio et uniuersorum ad sensus sorti adque uent
 quisquis sorte est designatus paratam sequenti necem prebuit sic
 accidit ut in eentis reliquis iosephus cum altero super esset neci
 manebat necessario ut aut sorte condemnaretur aut certe si exi-
 tio super fuisse sanguine socii condemnandus foret suadet ut sorti
 renuntiarent. sic domesticum euasit prelium. et pernicantorem
 ad uespasianum per ducitur fit concursus ad eius aduentum expe-
 tulum romanis fere omnibus confluentibus. alii uidere deiec-
 tum desiderabant quem paulo ante in amplissimo honore po-
 situm summę rei preesse intuebantur. alii certabant capto
 in ludere. alii uices rerum humanarum tam uarias atq; flex-
 ibiles mirabantur pleriq; consultius ingemescabant. qui in alienis
 casibus sibi posse eadem accidere reputabant. titus preceperis mo-
 uebatur ingenita animi mansuetudine illum dudum bellatore
 superbum subito potestati addictum hostium alieni nutus sorte
 adoperiri utq; naufragum exsulem spei in ceptum salutis tan-
 tum ualere momenta in preliis ut breui casu dispares si uer ed-
 dat. cum aut potentes eiciuntur. aut afflicti leuantur. itaq;
 pars melior eorum scilicet qui honore potiebantur mitiora
 consilia dabant maxima tamen portio salutis apud patrem
 iosepho titus fuit. uespasianus autem ad seruari precepit ne
 sorte liberetur. inde paucis post diebus ptholomaidem repe-
 tit. utque inde magis gentilibus refertam inhabitantibus

Ingenita
 mansuetudi-
 ne cetera
 iosephum.

unde cum plausu & læticia suscipere exercitum romanum non solum
romane societatis exoptata sibi gratia sed et insito quoque odio plebis
iudee cuius principem iosephum oportere puniri maximis clamoribus
uociferabantur quam uespasianus ut uulgi iram sine iudicio
conceptam silentio dissoluit & quia adhuc mandum et tempus
oportunitum et ciuitas erat duos ordines in cesarea constituit
Decimum quoque et quintum ordinem in urbem scitopolitanam
nesesarea totius onere exercitus adterere cur. Ideoque memorata
urbis diuine scythice consecrata tamquam abscondita & ap-
pellata ciuitas scytharum ut massilia grecorum cecus loci dede-
rat ingentem duritiam conditoris patientiam magis campe-
quam conducibilia habitationis usui deliquisse namque aperta
& aspera hiemis et feruentia tempore estatis plus laboris habet
quam delectationis quoniam & hieme plus frigoris patent & gra-
uior in his locis estatis flagrantia est in quibus solem totum re-
cipiunt sine ulla arui uiscentis ariditate itaque campestris et mari-
tima regio memorate urbis etiam estu maris amplius uaporabatur
nec tamen a negotiis bellicis uespasianus uacuuus est. Cognito et eni-
diuersis ex locis ad urbem ioppen sese contulisse plurimos eamque oportu-
nam sibi et excursus prætorios reparandis edificis que aestio destruc-
tuerant instaurauisse quoniam uastata regione subsidium elimonie
mari querebatur diligenter explorauit omnia at illi stauentes
huiusmodi nauigia que usui predonum ad commodas forent specula-
ticommearum transitus uniuersa prope phenicis atque aegyp-
commercia populabantur adeo ut crebre predationes terroribus
omne illud mare clauderent atque indubii periculum metu nauigato-
um usus interciperetur quo conperito pedestris militie manum
& equitum plerosque pergere iubet & nocte ioppen ingredi quod fac-
tum fuit cum custodia nulla ciuitatis pretenderet quoniam euerse
urbis fama nullas excitaturus romanis curas duci estimabatur
presentes erant tamen sed non ausi resistere atque ingressum neque
romani aduentibus nauigis ascensis ultra iactum sagittis
progressi in mari pernoctauerunt Res postulare uideatur uti-
tum litoris quo protexitur iopen breuiter exponerem ut quem
am modo sine ulla prelio predictæ urbis secunde clades fuerint liquet

desitu litoris
iopen urbem
ampientis

manifestetur inportuosa est naturae ciuitas. cuius ab oriente litus as-
 perum directumque sed corribus utrumque leuiter inflexum in quibus
 profunde rupes saxaque ingentia quemari prominent. Et cum de imo
 maris surgant in mare excurrunt tamen unde etiam andromeda
 illic fuisse cum cito abiectarentur formae locorum atque ipsererum
 species prode re uiderentur non mediocrem uetustis fabulis fidem
 ad commodantes. Cedentibus itaque litus aduersi fluctus boreae in
 mare quantum unde ad tolluntur quae scopulis in lise fragorem
 ingentem excitant atque in fluctus relapse inquietum illud maris
 sinum reddunt ut plus periculi in portu quam in deserto sit. in eo
 igitur fluctuantibus seaquis quas ex ioppe urbe productus supra
 diximus ad matutinum flatu uehementi ingruit quem melambo-
 rium pereaeorum nauigantes uocant statimque inter se undis
 impellentibus scaphas miscuit atque in uoluit alias ruptis anchora libus
 egit in peram alis cum aduersam mare uolenter subrigentur
 saxosilitoris periculum uel a romanis cladem qui se circumfuderant
 litoris nautis fugientibus occurrit. undaque praecelsa mole super
 eminens oppres sos dimer sit. nec confugiendi erat ullus locus nec manen-
 dis pes cum uentus de mari expelleret romanis urbe excluderent gra-
 uis erat nauigiorum sonus. Cum inter se conluderentur intolerabilis
 hominum gemitus cum frangerentur qui ubi uacillantibus alueis uide-
 bantur mare in rumpere alis precipitabant natando periti. Alii
 dum in adpropinquantes exiliunt scaphas in mare lapsi concursu al-
 uentum proterebantur. plerique cum ipsis in profundo sedebant inyo-
 paronibus quos enatandi fiducia deficiuerat. Minore tamen crucia
 tu quibus ars de erat uel spes ullae temptamentorum mors transige-
 batur. Ceterum nare adorsos conuulsa nauium fragmenta crebris
 quatiebant ictibus lateribus que in lisa miseris artus sede mulcebant
 aut scopulis impulsos inter ipsa amplectendi litoris uota mors seque-
 batur. Quaecumque tamen habentes solatium interris perisse mi-
 seranda itaque facies erat. cum excursa infelicium cerebro cautes
 aspergerentur sanguinem ererent litora cerneret infectum cruori-
 bus mare repleta omnia cadaueribus et si qui forte euaserant ad-
 pinquantes litori interficiebantur estamantibus romanis quod
 non ex locorum asperitate usque uentorum in illis locis deseuiret

Rf

decella sed diuina indignatione praesolitum conspirantibus uentis
mare inuolueretur ne uidei euaderent et ideo metuentibus eis par
cere quibus deus non peperisset. fuere qui se interficerent tolerabilius
rati ferro quam naufragio perire. alii qui contra strudere uolentes na
uigia perforaberint nonnulli qui lapsos in mare. si forte orarent.
ut a nauigantibus eleuarentur remis repellerent aut telo ferirent.
Quod ideo non praeter misi quod clareat ab ipsis si in uideorum populis
quam ab hoste periculum maius fuisse. qui se ipsos interimabant. qua
si exigua essent ad eorum scidium infesta simul omnia. celum hostes
mare rupes. uirorum milia itaque quingenta defunctorum numerata
corpora quae despuerat mare sine bello capta urbis. et abscondita a funda
mentis sic in breui tempore secundo ioppen romanam manus diruit quod
iure uespasianus precipiendum putauit ne iterum illic piratica con
derentur habitacula. unde et equitatum eo loci cum pedibus pau
cioribus licet proficiscens reliquit ut pedites in locum manerent.
ne quid auderet praedonum manus ad sua et a latrocinis. Equites
autem percusserant maritima regionis uicosque et oppidula quae pe
nitus omnia ne conspirarent in aliquos ausus diruerentur. Dum haec
in iopen geruntur. quae uis procul hierosolimitam degerent. ne
sic quidem a consortio cladis feriēbantur. Auditus enim quae gesta
a romanis fuerant a iudea et maxime quia iosephum interfectum
conpererant. primo quia nemo de locis ad eos index aduenerat
non credebant. Deinde ducem tantum non timere in manus hosti
um incidisse arbitrabantur. et reuera nullus nuntius tantae cladis
super fuerat. et hoc ipso supremi scidii fama quia nullus index sup
fuerat adstruebant perisse omnia nihilque resedisse uel ad indit
um rerum gestarum manebat opinio quouis maiore relato.
quod ipsa incertos dum terrent silentia credebantur omnia quae
timebantur. Tantumque aberat quo minus aliquid nuntiareretur.
Nam iosephum quoque interfectum fama adseuerauerat. idque dolor
maximo fuit uniuersis. sed ubi apud romanos. eum de gere conper
tanto odio persequerentur ut cuius primo mortem dolebant. uel
uitam uel ignauis uel proditoris indicem detestarentur.
Hic maior in romanos commotio. ut se de iosepho ulciscerentur. et
quo magis eorum res inclinabat eo amplius in bellum incendebantur.

ubi fines esse debuerat. inde exordium malorum capessatur.
 Nam sapientibus aduersiterum exitus ad euadendum magis do-
 cumento sunt. ne rursus ad eadem accedant. que iam male
 cesserunt. Ergo hierosolimitanis causa sobrietatis esse fortior
 periculum. sed quia noluerunt intellegere ut bene agerent
 in exitum uertit. Uespasianus tamen ut et ipsa mora in me-
 lius consulerent sibi et alabore exercitus paulisper requiesce-
 ret roganti cessit agrippae. ut in urbe regneret. Cesarea phi-
 lippi uiginti fere interponeret dies simul ut erga partium ei-
 a comotionis & discordie ^{furore} resipiscerent. qui se inter uenture regis
 suscipi posse. si conuerterentur cognoscere deberent. cum tam
 sedula officiorum federa inter regem et romanos interue-
 nirent. Denique tiberias proxima cesaree remedium non ab-
 nuit sanitatem inuenit. Nam et ipsa graui morbo dissidentis
 inter se plebis exstiuabat. Uespasianus tres ordines ualidiores
 accire et schitopolim petere directo in negotium filia decernit.
 ea erat decem urbium maxima uicina tiberiadis. inde ad propin-
 quare muris ualerianum. cum quinquaginta equitibus iubeat
 qui pacifica suaderet ad fidem societatis clausos uocaret ut con-
 gregati exercitus terror euersos percelleret nuntius pacis uo-
 lentes inuitaret. Ualerianus propemuros equo desiliuit eadem
 fecere. etiam hi qui simul propius accesserant quos pro numero
 spernendos arbitrati. hiesus prelatoris manus princeps cum
 suis qui pariter in cedere ausi repentine ruptione deturbant
 loco. cedentiumque simul quos deduxerant equos in uolauere
 clementes qui non aduerterent consultus ualerianum cessisse
 insolentiae quam spolia de his qui pacem offerebant usurpa-
 uisse. denique seniores offensi facinoris aceruitate relinquen-
 tes urbem. ad uespasianum precatu uenere. ne paucorum
 insolentia uniuersae plebis adscriberetur. Uespasianus traia-
 num. ilico ad urbem direxit ut exploraret si populus insidia-
 torum temeritatem auersaretur. At ille conuentia popu-
 li studio seniorum precibus adnuntians fidem legationi adcu-
 mulum ita petentibus uenundata maxime quia sollicitum
 regem pro totius urbis statu. uespasianus induebatur eius fide-

Tiberiadem
 proxima cesaree
 schitopolim
 urbium maxi-
 ma fuisse uicina
 tiberiadis.

de charicoa
urbe

interposita nihil tale ausuros postea dilectio gratia uolens cessit.
Inde charicoas sollicito atq; instructo agmine perit eo quod plu-
rimum ad ipsum urbem propter munitionem loci confluxe-
rat multitudinis et quia muro eam uallauerat iosephus nisi
quia pedestribus in uia genesarulacus fluctibus illuebatur. Ideo
nauigis congregatis anceps bellum fremebat. si terrenum indinaret
aduersum se ne prelium ad naues confugerent. si naualiter tamne ced-
rent urbem reuicerent. Muriq; sese ambientibus defensarent con-
similia. ut ubiq; presidia uel in urbe tiberiade uel taricheis sed
taricheis perditiora ingenia murus ualidior tiberiadis. Seditari-
cheorum furor promptior ut sine cesse esset miserent omnia
naualia terrenis certamina terrena classis. Deniq; circum-
uallati aduersa acie cum maiore auderent uiribus nec aduer-
sus romana dispositionis moderamina ueteran quoq; exercitus
uirtutem quicquam temeritas promoueret priusquam aliquid
exitu subirent. uerse infugam ad naues conualdare quibus con-
fertis tamquã densata acie preliebantur ac si interris manuresge-
reretur. In campo etiam multitudo innumerabilis hostem pres-
tolabatur. Eo cognito filium cum electis equitibus uespasianus
dirigit qui ubi se ingentibus circumfusum copus uidit ad patrem quidem
reulit maiorem esse hostium multitudinem quam opinio com-
penderat sed conuocatis quos secum deduxerat bellandi incentiui
huiusmodi alloquio infudit. Uiri inquit romani meminisse eni-
uri uos nominis et generis preliaturos decet quorum manus nemo
effugit qui in orbe romano est. Unde hoc nomen uniuersis terris
nisi uincendo dedistis meminisse etiam loci oportet in quo nunc
sitis et aduersus quos romani bellum geratis. In extrema enim
parte orbis terrarum consistimus. tanta ergo terrarum spacia
transsemites nihil alienum uidistis. quidem uobis alienum quorum in-
possessionem orbis terrarum est quidquid ubiq; est uis uisum est quod
quid uniuersorum incolatus tenet possessio ura est. currebatis bene
qui statuit uestros toto orbe currentes triumphos quos non hasdraba-
penus non pirrus hacides non brennus gallorum rex capitulum uis-
bulis incumbens non persarum ceterus non aegyptie phalangis sta-
tuere potuerunt hos statuit rebellis iudea in eruditam preferens

Laudis alloquio
in l. 20. se uis se
ad bellum roma-
nos

bellandi temeritatem rixequampugne aptiorem neq; tamen est
 quod uereor sed plenum uerecundiae arbitror quod uos uincendo
 defatigamini illi autem quototies uincuntur audaciam sumere et
 las fieri uos reb; secundis cum illi aduersis duriores sint. Attollite
 igitur animos romani uiri et aduersum ceteras hostium freti
 patria uirtute exsurgite neq; uos numerus moueat plebis iudee
 cum illos tot nr̄e uirtutis insignia non deterrant quae longenui me
 numero ualidiorasunt neq; enim ullam hebreis uel rei militaris
 scientia uel plandi peritia uel moderandi gratia nullus discipli
 ne usus nullatolerandi patientia solum in prelia deferent mortis
 conceptum. Sed nemo unquam moriendo uicit hostem sed perim
 do illi nesciunt armanisi in bello. nos in pace armis exercemur. ut in
 bello casus belli dubios non sentiamus. Insueti enim euentus dubi ue
 teranis sollemnis triumphus. quidem alit agimus cotidie nisi ut
 nobis numquam noua prelia sint unusquisq; domi quasi in prelio exerce
 tur ut in prelio meditatio quedam certaminis sit. Deniq; non terra
 uerit quisquam adserens quod meditationis nr̄e bella sine sanguine
 sint bella nr̄a meditationes sint. p̄gredimur in bellum muniti undiq;
 tegitur galea caput lorica pectus totumq; clippeo corp; ubi feriat
 hostis romani militem reperire non potest quem ferro septum
 circum spicit alia talia arma onerisunt nobis integumento quia usu
 lauantur. Aduersum inermes igitur ac nudos prelium nobis est.
 an uero melius ne numero circum ueniamus. primum liber in pre
 liis sequitatus est cedendo atq; insequendo bellum proludit. Et qua
 uis maximas acies circum curfat & quib; libitum fuerit spatius ex
 cidit. Deinde in ipso pedestri certamine non tam plurius nume
 rus conficit pugnam quam uirtus paucorum. Multitudo enim
 discipline insolens ipsa sibi est in impedimento in prosperis ad uictoria
 in aduersis ad fugam. uirtus uero patiens & secundis ualescit nec
 usq; aduersis labitur. Accedit illud quod ad suauitudo uictoria
 rum incentiuum nobis sit preliandi. nam & silli pro patria pro
 liberis dimicant. non ideo promptiores eos esse quam nos oportet.
 Neq; enim minus est estimare aut scire aut etiam amplius pro nobis
 quam pro nr̄is decertare. pro nobis preliamur. cum preliamur pro
 gloria neminores simus eo quod sumus. Quis ergo dubitet plus esse

qd romani & lia
 in pace armis ex
 erceantur.

plū gloria decertare quam pro salute nobis autem bellum hoc pro exci-
mationis periculo est ne ius patrum incidat. periclitamur etiam uictores
gentium & principes orbis terrarum iudeis pares uideri. quos ex quo
nobis in aduersarios constituimus si non aliter nisi pari numero congre-
diamur maiores nostri magnas hostium copias parua manu frequen-
tulerunt. Et quid nobis conferunt romana exercitia quid diurnus
labor si pares ad prelium uenimus. nuntia uimus quidem de numero
patris quia aluit non licebat sed aduertit nos. non de periculo timuisse sed
reuerentiam belli arbitror reseruauisse licet prelibare bellum tenere
hostem rapere uictoriam dum adiumenta ueniunt non tam superatū
ad uersarios communi robore quam protectos nos uirtute sua iacent
qui uenerint. Quo igitur ore in conspectu patris uenimus si incipere
bellum timuerimus quo pudore genere filius subibo oculos tantum
qui nesciat militem suum nisi uiatorem uidere. quomodo me eius
filium probabo. Cum ille semper triumphator. Ego etiam quod meo
grauius est uictus iudicio qui hosti iudeo ceserim. quid uobis fiet conde-
nato duce quem uobis pat̄ securis commiserit. sed malo deus tute uos
ducis quem de ignaui causa dicere. Pro ruamus igitur in aduersarios
proteramus hostem primus in periculum excurram. uos sequimini ut
depositum patris custodiatis et commissum patris reseruetis. Ego non
periculi socios exigo sed consortes uictorie. Uos tamen caute ne obla-
tam uobis palmam triumphalis reseruasse uideamini uobis eripuisse
certe si cecus ceserit malo melius pater in uulneribus meis recognoscat
si in militibus suis non recognouerit. ponamus tamen offendi patre
preli adgressione. Quid igitur tolerabilius preripuisse uictoriam
unde seruuisse in preripiendo properatio est fortitudinis. in deserendo
culpa ignaui. condemnet ceste uictores pater reatum huius modi
non reformido. malo reus esse triumphante republica quam in le-
innoxius. Utinam manu torquam filium uel in solo mihi luceat im-
tari periculo quem securi pater iussit feriri. quo contra imperium
patris exercitum in hostem produxerit. Stabat hostibus ceserim
olescens amictus ad ore triumphalibus sub carnifice mortis securi
quo beatissimum putabat in uictoria mori. quidem in illustris
uitam triumpho claudere nec ad incerta rerum reseruari. Post
certam uictoriam. O expectendum prudentibus crimen uictorie

latinam & nobis hoc adiciatur quod uicerimus. Certe illo exemplo solus ego
 periclitabor. Uos autem triumphabitis. et tamen non prohibuit nos p^{at}
 pugnare sed iussit quod ad pugnam direxit. Unde magis indignatur um
 arbitror cecidisse nos iudeis cum possemus uincere quam ^{pu} regnauisse.
 Naec dicens primum equum in hostem egit et cum clamore magno secuti
 ceteri toto campo extendebantur quo etiam plures estimabantur.
 Traianus quoque cum trecentis equitibus missus a uespasiano iam p^grediente
 cito superuenit. nec diutius resistere potuerunt iudaei. cum uirorum con
 t^{is} & stremitu equorum perturbarent. Conuersi itaque diuersa alii plerique
 urbem periebant emicat titus & alios attergo fugientes opprimit alios
 cadit palantes uniuersos p^uerso itinere amoris repellit et obuius recur
 rentibus fugam includit. rursus tamen dum alii sternuntur elapsi.
 Alii quibus urbs refugio erat. sed illic quoque acrius prelium. nam quid locis
 finitimis affluerant ap^rintipio preferabant. sed populus superueniens
 inuitas bellandi studia & torserat inde intra urbem dissensio & tumultus
 grauis quo strepitu excitus se conuertit ad milites titus. hoc inquit est
 temp^{is} scilicet simi conuultiones quod expectebam in se hostes intra urbem tu
 multos serunt. foris cedunt intus digladiantur festinemus dum adhuc
 dissident. ne forte periculi metu in gratiam redeant. Itaque ascendite cum
 quod diluerat muris proximus & conuersus ad lacum p^{fl}uctus aquarum
 urbem periebat. Primusque in urbem inruit & p^eum ceteri statimque
 omni qui interuiserant dispersi in fugam. Alii sternebantur. alii ascen
 dentes nauigia in lacum dimergebantur. Cesi intus multi mortales
 sane quid agris erant offerrebant seromanis. alienos culpe asserentes
 quibus pro moderamine titus parcendum putabat. solus urgens aucto
 res rebellionis mittens iam ad patrem equitem qui nuntiare & euentum
 uictorie quod delectatus uespasianus & maxime filii triumpho qui
 maximam portionem totius belli confecerat. quod aduersus iudeam
 geratur. eo contendit & ius sit obseruari urbem diligentius ne quis
 elaberetur. eo quod uniuersi pene deberent. alio tam die propter eos qui
 in schaphas sese contulerant. rates fieri iussit. que sine mora facte
 quo & silue finitime & operarii plerique cele^randi muneris facultate
 tem dedere. Namque lacus ipsius uelut quadam maris ambitus sinus
 amplissimus in longitudine centum et quadraginta extenditur stadia.
 Latitudine quadraginta diffundit. Crispantibus aquis auram de se ipso

De lacu genesar

sibi excitans unde et genesar dicitur greco uocabulo quasi generans sibi
aurā aqua dulcis et ad potandum habilis sic quidem nec plaustris uliginis
cras sum aliquid aut turbidum recipit quia arenoso undiq; litore circum ue
nitur et temperatior est flubiali aut fontis rigore frigidior tamen placide
paludi sequore eo ipso quod non stagni more sternitur aqua sp̄ diffusa
spatia lacus frequentibus auris inspirantib; agitatur unde et purior aie
tusei ac mellior est ad usum bibendi et si qui naturalis gratie studium adiungit
uelit ut est ubi suspensam ad auras noctib; more incolarum potui pareat aut qua
quam annuis ritu distare arbitretur generapiscium gustatu et specie
quam in alio lacu prestentiorares exigere uideatur. Ut iordanis hortum
quem alibi pmisim' aperiam' nam super is euidubio utrum de lacu genesar
nom' iordanis exoriret filippus et heracles traconitidis regionis falsam
opinionem redarguit erroremq; absoluit mittens paleas in fialam
quas in panio fluuus ebulliunt. Unde liquet non ex ordium esse iordanis in pa
nio sed fluentum non enim ibi fons est ut ab eo ceterorum usus flumini
ceperit sed de fiala eadem subterrēnes diriuatur meatib; ibi iterum
quasi fons scaturrit atq; emergens producitur. est autem fiala intra
nitade terra c. uiginti interea iacentibus stadiis usq; ad urbem cesarea
fiala autem nomen species dedit quasi rotę equalitatem exprimens qd
ita iugiter plena est aquarum ut neq; superfluant nec rursus aliqua de
riuari munitione intellegantur inferius itaq; mensura quadam labi
tur aqua et ubi panium est rursus ebullit. ut paleas resurgentibus
manifestatum est ita ibi iordanes resurrexisse proditus est ubi nasci
a superioris temporis uiris estimabatur. nec tamen a principio
eadeim panis nisi sola naturalis gratia sed regali agrippe munifi
centia or natus loco uberior splendidiorq; additus quo sp̄ bleum
de ore admirabili per quod sese ad tollit iordanes extractum uenit
tatemq; accepimus unde non latentiam neque abito per caua terre
meatus sed uisibiliter per terram atq; apesto flumine incipiens se super
fundere semet cont in lacum paludesq; eius intersecat. Inde quoq;
cursus suos dirigens centum uiginti stadia sine ulla interfusionem
progreditur usq; ad urbem cui malias nomen postea lacum istum
qui genesar dicitur medio transit fluente quibus et locis plurim
circum uagatus deserta asphaltio suscipitur lacu atq; in eum
conditur. itaq; duos lacus uictore gressus intertio heret. p̄p̄

Generapiscium
de lacu genesar.

quale filippi et her
ces falsū redarguit
opinionē de nomine
iordanis fluuii.

tendit autē regio generat̄ eiusdem nominis lacum de quo et ipsa uocabu-
 lum assumpsit mirabili nature gratia et specie pulchritudinis. nam
 & spontaneos fructus soli ubertas ministrat & nemorū ferax innumēsa
 genera sponte subrigit. arborū pomiferarū & culture solestia imitata na-
 turā in quos uoluit usus opime fecunditatis deflexit gratiā ut nihil sit
 illic qđ natura negauerit nihil quod cultura prælerit & aptus omnib;
 nec ullis unquā alien' fructib; cuius tanta temperies ut omnium nascentiū
 conseruat diuersitatē illic & que frigore alunt̄ sese multipliciter effundit̄.
 & que est uouentur. illic est uouentur mixta simul aspicies arcto as-
 nices & dactiles nisi locus feruentiorib; generari nescios quid ficus aut
 olea loquar quas celi molliora lit̄ tratus. nec tam equantur illis supe-
 rioribus illi enim principales palestinae & quidem domestici fructus
 eiq; uberiores his apparent & licet longo int̄uallo sectam̄ proximicas nature
 & teporum iocundū contentionem illa quasi mat̄ ^{docet} fecunda om̄a creat. horū
 temperies quasi bonanatrix molli foetu uniuersē doceat. itaq; n̄ solū affatim
 generant̄ pomorū diuersitates sed & cōseruant̄. ut aliqua genera
 maxima parte anni non deficiant. Reliqua om̄a tota anni aestate usq; ad
 finem sup̄sint. Nā et uue & ficus que in insitiuis regalis cuiusdam gra-
 tiae dāem m̄sib; sine ulla defectu redundant. et reliqui fructus ramoꝝ
 quos uel uolentia rura sponte ppria procreauerunt uel in generauerunt
 industria humana ministerium suū nisi nouis succedentib; usu quodā ad
 ministrantium desere non nouerunt ad hanc nature fertilitatem & aeris
 temperiem. accedit & fontis gratia qui memoratam regionem gentili
 quadam intrigat infusione capharnaum nomēi quam nili fluminis uenam
 haud sup̄fluo quidam estimauer̄. n̄ solum quia in pinguis arua opimat.
 uerū & iam quia huiusmodi creat piscem. ut corachinū putet quina lex
 andrinolacu ex nili infusione repperitur. Locus quoq; denominelacus
 dictus. præ tendit in longitudine triginta stadiis in latitudine uiginti
 quōdenatura loci dixim'. ad consummationē prelu regrediamur.
 præparati itaq; ratib; secundum p̄ceptum suam manum militarem in po-
 site uespasianus que insectare & ur̄ eos. quina uigiorum effugio pestem
 uaserant. quidigit̄ facerent non repperiebant nullus interris salutis
 locus circum fusa hoste omnia. nulla in aquis fugiendi potestas. ut p̄
 telacu clauso & undiq; romanis circumdato nulla & iam in exiguis
 oparionibus resistendi fiducia. quidenim paci aduersos plurimos facerent

Quamulto
 tempore
 pomadurbit

Degratia
 fontis caphar-
 naum.

ratibus adpropinquantibus tardior quidem harum adpulsus & efficacior
excursus nauigiorum sed sine ullo sui uulnere solum clipeorum rep-
cussis spiculis crepitus audiebantur adpropinquare non audebant
iudei nec inpune quisquam scapha propius accesserat. cum de proximo faci-
le uel telorum figeret ictibus. uel ratibus dimergeretur & si quatenus
t emergere temptauit se sagitta iaculo insertur miserabilem influc-
tibus uitam deponeret. nec diutius resistere potuerunt. Cum diuerso gene-
re cogebant romani maximum numerum nauigiorum. atq; ilico ar-
tibus aut concursu ratium poterantur. aut ipsi se in lacum deiciebant. Cum
scapharum hostis insiliret. Cerneret mixtas sanguine aquis splenden-
t cadauerum lacum nulli parcebatur. Quicumq; occurreret grauis odo-
re terrimus fetor locorum quinq; milia iudeorum cum superioribus
tamen & septingentico interepta praelio. Victor uespasianus caricas re-
uertit illius regionis populum ab urbano discernere parabat ut qui
non fuerant auctores seditionis reseruarentur sed plurimorum con-
silio quitantiam superesse multitudinem. que posset recidua praelio
resuscitare paci aduersum et in uale locis arbitrarentur. Libienum
consisterent patria excus si. Quibus se alimonis sustentarent ex-
sortes omnium nisi rupto uiuerent sententiam flexit & inspirata
uenia mortis precepit. ut egredierentur ea porta que esset ex regio-
ne tiberiadis atq; ad eam urbem contenderent facile crediderunt.
Quod exoptabant cepere egredi. sed preoccupato itinere com-
munita & iudeorum clasere agmini. atq; in urbis stadium introdux-
ere. Ingressus quoq; uespasianus spectata & late uel robur omni-
quos sibi statui preceperat elegit. Sex milia iuuenum ualidiorum
quos neroni in sithonum direxit necari reliquorum triginta milia
quadringenta uenum dedit. uniuersos autem quicumq; de partibus
regni agrippae reperit sum regidonaui quos eque rex accepto
precio in seruitutis obsequia transcripsit. preter ea populus
alius traconitidis et gaulatidinis regionis. et hipeni & gal-
tac. tamquam belli excitatores. et per turbatores concordie
deserentes propria incursumes aliena quisumptis armis pacem
uolauissent. iustas & debitas pro flagitiorum meritis
penas dedere.

† aut in terram deiecerant ibiq; a romanis interficiebantur.